

ε Ταῦτα τοίνυν οὕτως εἰπὼν Παρμενίδης τῶν γενητῶν ἀρχὰς καὶ αὐτὸς (lat. 12, 6) στοιχειώδεις, τὴν πρώτην ἀντίθεσιν ἔθετο, ἡν φῶς καλεῖ καὶ οκότος, πῦρ καὶ γῆν ἢ πυκνὸν καὶ ἀραιὸν ἢ ταῦτὸν καὶ ἔτερον, λέγων ἐφεξῆς τοῖς πρότερον παρακειμένοις ἔπεσι·

U 92^v »μορφὰς γάρ κατέθεντο δύο γνώμας ὄνομάζειν, 5
τῶν μίαν οὐ χρεών ἔστιν ἐνῷ πεπλανημένοι εἰσὶν.

V 80 έναντία δ' ἐκρίναντο δέμας καὶ σῆματ' ἔθεντο
B 63^v χωρὶς ἀπ' ἄλλήλων, τῇ μὲν φλογὸς αἴθέριον πῦρ,
ἥπιον δν, μέγ' ἀραιόν, ἐλαφρόν, ἐκυτῷ πάντοσε τωύτον,
τῷ δ' ἑτέρῳ μὴ τωύτον· ἀτάρ κάκεῖνο κατὰ ταῦτο
τάναντία νύκτας ἀδαῆ, πυκνὸν δέμας ἐμβριθές τε.« 10

καὶ μεταξὺ τῶν ἐπῶν ἐπάγει καταλογάδην· »ἐπὶ τῷδ' ἔστι τὸ ἀραιόν καὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ φρέας καὶ τὸ μαλθακὸν καὶ τὸ κοῦφον, ἐπὶ δὲ τῷ πυκνῷ ὡνόμασται τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ ζόφος καὶ σκληρὸν καὶ βαρύ. ταῦτα γάρ ἀπεκρίθη ἐκατέρως ἐκάτερα.« καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν φυσικῶν. τό γε μὴν 15 νοητὸν καὶ κυρίως δν, δ καὶ ἐν τίθεται αὐτός τε καὶ οἱ πρὸς αὐτοῦ, εἰκότως δτε δὴ ἐν καὶ ἀκίνητον ἔλεγον.

»αὐτάρι, γάρ φησι Παρμενίδης, »ἀκίνητον μεγάλων ἐν πείρασι δεσμῶν
ἔστιν ἀναρχον, ἀπαυστον, ἐπεὶ γένεσις καὶ δλεθρος,
τῇλε μάλιστηλάγχθησαν. ἀπῶσε δὲ πίστις ἀληθής.« 20
καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀκινησίας ἐπάγων, ἐκεῖνά φησι τὰ προειρημένα περὶ
τοῦ πεπερασμένου εἶναι τὸ δν ἔπη· καὶ τούτου γάρ καὶ τοῦ ἀκίνητον εἶναι
ἐκεῖνα δηλωτικά.

»οὕτω,« γάρ φησιν, »έμπεδον αὖθις μένει· κρατερὴ γάρ Ἀνάγκη
πείρατος ἐν δεσμοῖσιν ἔχει.« καὶ τὰ λοιπά. 25

ώς γάρ τὸ μὴ δν φησιν ἐνδεές πάντων ἔστιν, οὕτως τὸ δν ἀνενδεές καὶ
τέλειον. τὸ δὲ κινούμενον ἐνδεές ἐκεῖνου δι' δ κινεῖται. τὸ δέκα δν οὐ κινητόν.

ζ Τοῦτο δὲ καὶ Μελίσσωφ δοκεῖ, διὰ μέσου τοῦ μὴ κενὸν εἶναι τὸ ἀκί-
(lat. 19, 7) νητὸν τοῦ ἐνὸς δντος κατασκευάζοντι. λέγει γάρ· »οὐδὲ κενεόν ἔστιν οὐδέν·

U 93 τὸ γάρ κενέδν οὐδέν ἔστιν. οὐκ ἀν οὖν εἴη τὸ γε μηδέν· οὐδὲ κινεῖται. 30
ὑποχωρῆσαι γάρ οὐκ ἔχει οὐδαμῆ, ἀλλὰ πλέων ἔστιν. εἰ μὲν γάρ κενεὸν
ἡν, ὑπεχώρει ἀν εἰς τὸ κενέδν· κενεοῦ δὲ μὴ ἐόντος οὐκ ἔχει δκη ὑπο-
χωρήσει.« »πλέων οὖν δν οὐ κινεῖται« καὶ δλλως δὲ ταῦτὸ τοῦτο δεικνύς·
»τὸ ἔν, φησίν, δμοιον ἀεὶ ἐκυτῷ. τὸ δὲ δμοιον οὔτ' ἀν ἀπόλοιτο οὔτ' ἀν
μεῖζον γίνοιτο οὔτε μετακοσμέοιτο οὔτε ἀλγεῖ οὔτε ἀνιᾶται. εἰ γάρ τι 35

V 80^v τοῦτων πάσχοι, οὐκ ἀν εἴη. τὸ γάρ ἡντιναοῦν κίνησιν κινούμενον ἔχ τινος
καὶ εἰς ἔτερόν τι μεταβάλλει. οὐδὲν δὲ ἡν ἔτερον παρὰ τὸ δν· οὐκ ἀρά
τοῦτο κινήσεται.«

16 & U] om. B V M | 83 εἴη] Ετι ἐν εἴη Diels

4 Parmenides l. c. fragm. 8, 53—59. | 12 Simpl. phys. 31, 3. | 15 Parmenides l.
c. fragm. 8, 26—28. | 21 Parmenides l. c. fragm. 8, 30 sq. | 27 Meliss. fragm. 7, 7 (ed.
Diels) l. 189. | 81 Meliss. fragm. 7, 10 l. 190. | 32 Meliss. fragm. 7, 2 l. 187 sq.

Cap. XII. De Parmenidis et Melissi ente intellegibili non physice sed theologice disputatio.

Sed iam tempus est, ut, quod pollicitus fui, persolvam ambiguamque **12, 1** apud Latinos Parmenidis et Melissi rationem explicem. Erit enim, ut ^(gr. 12, 1) opinor, operae pretium id audivisse. Deinde huic quoque libro finem imponam. Cum Aristoteles rerum naturalium principia, quot et quae essent, investigaret: »Necesse est, inquit, aut unum esse aut plura, et si unum, aut immobile, ut Parmenides Melissusque dixer, aut mobile, ut physicis placet.« Post ubi nonnulla de altera suae divisionis parte disseruit, aggressus **10** est alteram atque unum et immobile esse ens sive principium entium, quod positum a Parmenide et Melisso fuerat, refellit positionemque huiusmodi haudquaquam ad naturae considerationem pertinere dicit nec posse principium esse, si unum sit, et ita unum immobile, quippe alicuius rei aut aliquarum rerum principium esse oportere, quod principium sit, vide-**15** licet ut ea, quorum principium est, repraesentet. Hoc vero non ita esse, si ens, ut illi dixerunt, unum sit solum. Itaque positionem inopinabilem, ratiocationem captiosam, falsam, inconclusam, tam materia quam forma argumenti peccantem hanc Parmenidis et Melissi sententiam dicit et reliqua, quae praetereo. Neque enim referre omnia necesse est. Sic Aristoteles **20** illorum inscitiam redarguere sententiamque eorum nulla ex parte probare videtur.

Verum longe aliter res se habet. Quod ut dilucidius aperiatur, re-**2** petendum paulo altius est, quid illi docere pollicerentur et de ea re sen-^(gr. 12, 2) tirent, quam sibi exponendam statuerant. Non illi naturalis disciplinae sese **25** professores faciebant nec de principiis elementisque naturae eo loco docere proposuerant, sed de vere ente intellegibili et primo principio sciscibantur. Quod ipse quoque Aristoteles significare videtur principio statim suorum verborum, cum dicat: »Necesse est aut unum principium esse aut plura, et si unum, aut immobile, ut Parmenides ait et Melissus, aut mobile, **30** ut physicis placet,« quasi dicat Parmenidem et Melissum in physicis minime numerari. Et rursus ad extremum ita inquit: »Ens esse unum quod im-possible sit, apertum iam est. At, ut physici dicunt, duplex est modus.« Recte quidem a physicis eos separat Aristoteles. Non enim physici erant, nec de principiis physicis, hoc est naturalibus, sed divinis et intellegibilibus **35** disserebant. Quin etiam in iis libris, quos de iisdem rebus scripsit et Metaphysica, hoc est supernaturalia, appellat, non ita eos insanos facit, ut inter ignem et aquam nequaquam discriminem esse cognoverint. Immo vero in libro de Generatione et Corruptione tam ipse quam eius expositores referunt Parmenidem in eo volumine, quod de Opinabili Ratione inscripsit, **40** quia videlicet res sensibles et opinabiles in eo tractantur, ignem ac terram principium rerum omnium statuisse, in eo autem, qui de Veritate inscribitur, ubi de intellegibilibus et divinis tractat, in quibus solis veritas certa

ε Αὕτη μὲν οὖν ἡ τῶν ἀνδρῶν ἔκεινων διάνοια αὐτοῖς τούτοις τοῖς
 (Iat. 12, 8) ῥήμασι παρ' αὐτῶν ἐκτεθειμένη, οὗτος αὐτοῖς ὁ σκοπός, τοῦτο τὸ βούλημα
 τὴν πρώτην τῶν πάντων ἀρχὴν καὶ τὸ θεῖόν τε καὶ νοητὸν καὶ δντως ὃν
 διὰ τούτων ἀνυμνῆσαι τῶν λόγων, οὐ περὶ φυσικοῦ στοιχείου καὶ ἀρχῆς,
 ἀλλὰ περὶ τῆς νοητῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ δντως ὅντος ταῦτα θεολογοῦντες. **δ**
 ὃ καὶ αὐτὸς Θεόφραστος, ἔτερος Ἀριστοτέλης, ὅμολογεῖ περὶ τοῦ Ξενο-
 φάνητος λέγων ἐτέρας εἶναι μᾶλλον ἡ τῆς περὶ φύσεως ἴστορίας τὴν μνήμην
 τῆς τούτου δόξης. »τὸ γὰρ ἐν τοῦτο καὶ πᾶν τὸν θεόν, φησίν, ἔλεγεν ὁ
 Ξενοφάνης.« ὃν καὶ ἀγένητον καὶ ἀτίδιον καὶ ἀκίνητον, ἔτι δὲ πῇ μὲν οὔτε
 ἀπειρον οὔτε πεπερασμένον, πῇ δὲ καὶ πεπερασμένον καὶ σφαιροειδὲς αὐτὸς 10
U 98^r δείκνυσι διαφόροις ἔννοιαῖς. ὃν καὶ πάντα νοεῖν τίθεται. καὶ οὐ Θεόφραστος
 μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ Δαμασκηνὸς Νικόλαος καὶ ὁ Ἀφροδισιεὺς Ἀλέξανδρος
 ταῦτα περὶ τούτου φασίν. λέγουσι δὲ καὶ τῷ Μελίσσου συγγράμματι περὶ
 Φύσεως ἡ περὶ τοῦ "Οντος ἐπιγεγράφθαι, ὃν τρόπον καὶ τὸ Παρμενίδου
 πρὸς Ἀλήθειαν καὶ πρὸς Δόξαν. ἀ τὸν σοφώτατον Ἀριστοτέλην ἀγνοῆσαι, 15
 τίς οὕτω μακινόμενος ὡς πιστεύειν, ὅλων τε τῶν συγγράμμάτων αὐτῶν τότε
 σωζόμενων, ᾧν μόλις μικρά τινα τεμμάχια ἐκ διαδοχῆς μέχρις ἐς ἡμᾶς
 κατῆλθε, καὶ τῆς δόξης αὐτῆς οὕτω τε γενναῖας καὶ περὶ τῶν μεγίστων
 καὶ θειοτάτων οὕσης, ὡς μηδένα προσανέχοντα λόγοις ἐνεῖναι ἀπειρον εἶναι
 τῶν γε τοιούτων; ἀ γὰρ Θεόφραστος ὁ τῶν αὐτοῦ φοιτητῶν ἀριστος καὶ 20
 σοφώτατος ἦδει, πολλῷ πρότερον ἐγίνωσκεν ὁ καθηγεμών.

ε 'Επει δὲ οὐ πάντες ἵσασι πάντα οὐδὲ βάθους λόγων καὶ νοημάτων
 (Iat. 12, 9) δεκτικοὶ πάντες εἰσὶν, ἀλλ' ἔστιν εὑρεῖν πολλοὺς ἡ τοὺς πλείους ἐπιπολαιό-
 τερον ἀκροωμένους τῶν μετὰ πολλῆς τῆς συνέσεως λεγομένων καὶ τῷ φαινο-
 μένῳ προσκόπτοντας ἀποπλανᾶσθαι τῆς ἀληθείας, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον, 25
V 81 δισφέ αὐτὸν καὶ τὸ τῶν εἰρηκότων ἀξιωμα μεῖζον καὶ τιμιώτερον ἢ, τούτους
 ἀσφαλιζόμενος Ἀριστοτέλης καὶ μὴ διν εἶναι ταύτην ἔκεινων τῶν ἀνδρῶν
 τὴν δόξαν, εἴ τις αὐτὴν οὕτως ἐκλάβοι, δείκνυς ἀντιλέγειν ἔκεινοις δοκεῖ
 μηδαμῶς ἀντιλέγων. ταῦτα γὰρ δὴ καὶ αὐτὸς ἐν τῷ λ' τῶν Μετὰ τὰ φυσικὰ
U 94 περὶ τῆς πρώτης ἀρχῆς διαρρήδην βοᾷ, μίαν καὶ ἀτίδιον καὶ ἀκίνητον αὐτὴν 30
 ἀνυμνῶν καὶ τὸ τοῦ 'Ομήρου·

»οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανή· εἰς κοίρανος ἔστω,
 εἰς βασιλεύς,«

B 64^r ἐπὶ τούτου μάλιστα ἐπαινῶν. πῶς οὖν, ἀπερ αὐτὸς διὰ πολλῶν τε καὶ
 καλῶν λόγων ἐν τούτοις ἀποδείκνυσιν, μὴ ἀπεδέχετο ἀλλων λεγόντων; οὐκ 35
 ἔχει λόγον δντως οὐδένα. ἀλλ' ἡ εἰρηται, ἐπει ὅλως περὶ Φύσεως αὐτοῖς
 τὰ βιβλία ἐπεγέγραπτο περὶ Φύσεως καὶ "Οντος ἐπιγεγραμμένα καὶ ἔδοξαν
 δι τισιν ὡς ἀπλῶς φυσικοὶ καὶ περὶ τῶν ὡς αἰσθητῶν φυσικῶν τὸν λόγον
 αὐτοῖς γεγενῆσθαι, τὸ φαινόμενον ἐν τοῖς λόγοις ἀτοπον, εἴ τις περὶ τῶν
 αἰσθητῶν αὐτοὺς ἐκδέχοιτο, διελέγχων ὑπὲρ τῆς τῶν πολλῶν ἀσφαλείας 40
 τὰ εἰρημένα φησίν. ἐπει καὶ ἀ περ τῶν ἐκατέρου λόγων φησὶ ψευδεῖς

6 cf. Theophrast. fragm. 44 (ed. Wimmer). | 29 cf. Arist. Metaph. 1075 b, 1076 a.
 32 Hom. Ilias B 204 sq.

praecipuaque consistit, unum omnia esse dictum ab illo fatentur. Tum etiam alibi idem Aristoteles plus tribuere Parmenidi videtur, quam rerum naturalium ratio patiatur. Siquidem ita inquit: »Parmenides itaque alio videtur spectare«, quasi dicat: Non rem naturalem Parmenides tractat, cum unum esse omnia asserit. Sed aliud quidem intellegere videtur. Quomodo enim Aristoteles ignorare illos existimaret tam variam atque multiplicem rerum formam aut saltem illud se duos pedes habere?

Cum itaque viri illi de rebus intelligibilibus ac divinis et de primo principio vereque ente agerent, his verbis utebantur, unum esse ens ipsum idque immobile et infinitum et reliqua, quae huic sententiae conveniunt. In qua re cum alios plerosque vetustiores secuti sunt tum imprimis Xenophanem doctissimum virum, qui praceptor Parmenidis fuerat. Convenit enim inter Xenophanem atque Parmenidem ens ipsum unum atque finitum esse ea ratione, quod unum prius quam multa esse necesse sit, et quod ceteris omnibus causa est, ut determinentur et finiantur, id finitate magis quam infinite describi debeat, tum etiam, quia, quod omni ex parte perfectum absolutumque est suumque praecipuum obtinet finem, id finitum et finem ac principium omnium esse oporteat; quod enim imperfectum et indigens est, id nondum finem recepisse dicendum est. Verum in eo invicem dissident, quod ad motus privationem pertinet. Xenophanes enim in eo, quod motu ita privatur, ut nunquam moveri possit, quietem etiam esse merito negat. Quod Plato etiam facere videtur in prima Parmenidis positione. At Parmenides cum carmine scribebat, morem secutus est vulgatiorem, et quia, quae manent, nequaquam moveri perspicuum est, idcirco cum ens ipsum immobile vellet significare, manere dixit. Melius idem ens infinitum asseruit, quia eius substantia immensa est et virtus infinita. Ingenitum etiam eadem ratione dixit. In ceteris cum supradictis consentit. Hoc modo ipsi quoque inter sese, cum sententia minime discrepent, usu tamen quodam verborum contraria dicere videntur. Afferam verba ipsa Melissi, quibus unius entis infinitudinem per ingeniti rationem demonstrat. »Cum igitur, inquit, non genitum sit, semper et erat et est et erit nec principium habet aut finem, sed infinitum omnino est. Nam si genitum esset, principium certe haberet, — incepisset enim aliquando gigni — finem etiam haberet, desineret etiam aliquando esse. Cum itaque nec inceperit nec desierit semperque fuerit futurumque sit, sequitur, ut neque principium habeat neque finem, proindeque infinitum sit.« Sic Melissus, quia ens ipsum unum principio ac fine temporis caret semperque est, infinitum esse asseveravit.

Quod a Parmenide quoque probari videtur, quatenus ad hanc pertinet rationem. Nec infinitum solum, sed ingenitum et incorruptibile dicitur iisdem fere Melissi verbis, nisi quod hic versibus scribit, in quibus translatio saepe vocabulorum concedi solet. Ita enim inquit:

»Ingenitum quando est, sit et immortale necesse,

τε καὶ ἀσυλλογίστους εἶναι, κάκεῖνα πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ἐκδοχὴν ἀναφέρων φησί. τοιοῦτοι τε γάρ εἰσι τῷ δόντι, εἴ τις αὐτοὺς κατ' ἔκεινην ἐκλάβοι τὴν ἔννοιαν, καὶ αὖ τούναντίον καὶ ἀληθεῖς καὶ συλλογιστικῶς ἐκτεθειμένοι, πρὸς τὴν ἀληθῆ ἔκεινων διάνοιαν ἀναγρέμενοι. ἂ, εἴ τῷ σχολῇ, ἐκ τῶν ἑξηγητῶν ἀναλεγέσθω. ἡμῖν γάρ ίκανά καὶ ταῦτα πρὸς ἀ προύδομενα δεῖξαι.

10 Τοῦ δὲ ἡμῖν τὸ προκείμενον μὴ δεῖν εὔθὺς τοὺς Ἀριστοτέλους ἀκούοντας ἐλέγχειν δοκοῦντος τῶν ἀρχαιοτέρων τοὺς κλεινοτέρους ή αὐτοῦ ὡς **U 94^v** συκοφαντοῦντος τοὺς σοφοὺς ἔκεινους ἄνδρας καταγινώσκειν ή ἔκεινων ὡς ἀμαθῶν καταφρονεῖν, ἀλλ' εἰδότας ὡς, τῶν παλαιῶν αἰνιγματωδέστερὸν τε **10** καὶ ἀσαφέστερον περὶ τῶν προκειμένων αὐτοῖς δογμάτων εἰρηκότων καὶ διὰ τοῦτο τῶν μὴ μνᾶμένων τοῦ βάθους συνιέναι τῶν λεγομένων πρὸς τὸ φαινόμενον ἐκλαμβανόντων τὰ εἰρημένα καὶ πόρρω ποι πλανωμένων τῆς **V 81^v** ἀληθείας, Ἀριστοτέλης τῶν πολλῶν προνοούμενος τὰς τοιαύτας ἀνατρέπει ὑπολήψεις δεικνύεις τὰ ἐπόμενα διτοπα ταῖς τοιαύταις τῶν πολλῶν ἔννοίαις, **15** ἐλέγχων μὲν τοὺς κακῶς τάκείνων ἐκλαμβάνοντας, δοκῶν δὲ ἔκεινους ἐλέγχειν, καὶ περὶ ἔκεινων δξια τῆς σοφίας αὐτῶν φρονεῖν καὶ Ἀριστοτέλην θαυμάζειν καὶ ἀληθῶς ἀγαπεῖ χάριν εἰδότας, ὃν καὶ σοφῶν καὶ ίδιωτῶν προύνενθται. τοιοῦτον γάρ τι αὐτοῦ εἶναι δέδεικται τὸ περὶ τοῦ ἐν εἶναι **B 65** τὸ δόν λόγου, θειοτάτου τε καὶ μεγίστου δόγματος, ὡς σαφέστατα πᾶσι **20** διὰ τῶν προειρημένων ἀνακεκάλυπται.

Κεφ. ιγ' Δείχνυσιν νῦν, δτι καὶ ἡ πρὸς Πλάτωνα περὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν Ἀριστοτέλους ἀντιλογία πρὸς τὸ φαινόμενον ἀπαντᾷ.

13, 1 Τοιοῦτόν ἔστι καὶ τὸ περὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν τῶν ἀρχαίων καὶ Πλάτωνος δόγμα εἰς ἐπίπεδα καὶ γραμμάτας ἐσχάτας ἀναλυόντων αὐτάς. **25** καθ' ὃν ἐν τῷ τῶν περὶ Οὐρανοῦ τρίτῳ Ἀριστοτέλης καλά τε καὶ πολλὰ ἐπιχειρῶν εἰρηκε τὴν φαινομένην διτοπίαν ἐλέγχων, ἐξ ὃν τινα λαβὼν διατ. II, 3) κατήγορος ἔνταῦθα κατὰ Πλάτωνος γράφει. Ἰν' οὖν καὶ ἡ περὶ τοῦτο τὸ **U 95** μέρος ἀλήθεια δειχθείη σαφῶς, καὶ τίσι μὲν λόγοις Πλάτων καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ ἐπίπεδα καὶ διτομα ἐν ἀρχῶν παρελάμβανον λόγω, τίσι δ' Ἀριστο-**30** τέλης ἔννοίαις τὸ διτοπον ἔκεινων ἐλέγχει, δεῖ εἰδέναι ὡς οὐδὲν ἥττον Ἀριστοτέλους Τίμαιος τε καὶ Πλάτων αὐτὸς πῦρ καὶ ἀέρα καὶ τὰ σύστοιχα τούτοις ἐν στοιχείων λόγω ἐτίθεντο, ὡς ἔκ τε τῶν αὐτοῦ Τίμαιου τοῦ Λοκροῦ ἔκ τε τῶν Πλάτωνος ἐν Τίμαιῳ, δν ὑπεκρίνατο, ρήματων σαφῶς ἔστιν ίδεῖν. ἀλλ' ἐπεὶ οὐ πάντῃ ἐπιτήδεια πρὸς ἀρχῆς λόγον εἰσὶ τὰ τέσσαρα **35** στοιχεῖα, ἀ, γε καὶ αὐτὰ ἐξ ὅλης καὶ εἴδους σύγκειται, καὶ πρὸ ἔαυτῶν ἔχει τὰ ἐξ ὃν σύγκειται, οἱ μὲν τὰς παθητικὰς λεγομένας ποιεῖταις, θερμότητα, ξηρότητα καὶ τὰς ἀντικειμένας ταύταις πρώτας ἐγγενομένας τῇ ὅλῃ, ἥτοι τῷ ἀποιώ σώματι, συνιστάναι τὰ τέσσαρα στοιχεῖα φασιν, ὡσπερ

19 προύνενθται] **Ux** add. in marg. B V M om. ταῦτα δ' οὐ τῶν Ἐλλήνων μόνον Ἀριστοτέλους ἑξηγητῶν εἰσιν οἵς ἀρέσκει, ἀλλὰ καὶ Λατίνων Θωμᾶς τοῦ ἐξ Ἀκουίνου.

unigenum, immotum, immensum sine fine, perenne.

Quod nec erat nec erit, totum nunc esse fatendum est,
unum, continuum; nam quem eius dixeris ortum?

Aut quo tandem? aut unde? nec ex non ente putandum est
5 nec dici ore potest; nostra nec mente revolvi,
quod nihil est. Nam quid post ipsum fecit oriri
aut prius? Entis enim non sunt primordia primi.
Nunquam ergo aut semper, de quo nunc dicimus, ens est.
Ex nihiloque nihil fieri sententia perstat.

10 Ergo ortus nullus nec erit post saecula finis.«

Ita Parmenides ens ipsum unum, ingenitum, incorruptibile, infinitum, im-
mobile statuit. Finitum autem his verbis exprimit:

»Est et idem per seque manens ens, semper eodem
immotum, fixumque simul; vis magna necessi.

15 Implicat hoc circum, summo quoque fine coërcet.
Quodsi fine vacet, nequaquam dicimus esse.
Siquid namque deest, opus est ens omne deesse.«

Nani si ens ipsum est nec non ens, nihil desiderat nulloque eget. Nullo
autem egens perfectum est. Perfectum quod est, finem habet. Non itaque
20 infinitum est. Quod enim finem habet, terminum atque exitum habeat,
necessse est. Quo fit, ut nulla in eorum sententiis controversia sit, ubi
eadem de re ab iis disseritur.

Quamvis autem apertum iam est per ea, quae dicta sunt, non de 5
rebus sensibilibus et principiis aut elementis naturae, sed de ente intelle-^(gr. 12, 5)
25 gibili abstracto ab omni materia et primo vereque ente, quam formam
primam appellare possumus, illos disseruisse, tamen ut id etiam longe mani-
festius elucescat, quid Parmenides ipse post ea, quae dicta sunt, adiunxerit,
audite:

»Hactenus et veri mente in temerataque verba.

30 Nunc res mortales, carmen quoque sumite fallax.«

Veram sententiam et rationem usumque sermonis intemeratum hic dicit
eum, quem de ente intellegibili et vere ente quisquam habeat. Sensus
autem et opiniones mortales et sermonem fallacem rebus naturalibus tribuit,
non quod in entis intelligibilis etiam consideratione falli decipique homo
35 non possit, sed quia ens ipsum sua natura est certissimae firmissimaeque
rationis. Res enim naturales, quoniam sub sensum cadunt et fluxae atque
mutabiles sunt, opinione potius comprehendi quam scientia dicuntur. Sci-
entia enim est cognitio certa et immutabilis, quam habere in rebus, quae
sensu percipiuntur, non possumus, sed decipi, falli, errare, ut Parmenides
40 inquit, necessse est. Quem ad modum etiam Plato, ea, quae semper sunt
nec unquam cognoscuntur, mente inquit percipi posse ac certe ac certa ratione
cognosci. Contra vero, quae semper cognoscuntur nec unquam sunt, haec
opinione cum sensu rationis experte comprehendendi.

καὶ Ἀριστοτέλης ἀξιοῦ καὶ τὴν κουφότητα καὶ τὴν βαρύτητα προσλογίζομενος ὡς αἰτίας μὲν ταύτας κινήσεως τῆς ἀπλῆς καὶ φυσικῆς, τῆς δὲ φύσεως κινήσει μάλιστα χαρακτηρίζομένης.

3 Δημόκριτος δέ, ὡς Θεόφραστος ἐν τοῖς Φυσικοῖς Ἰστορεῖ, ἴδιωτικῶς

(Ιατ. II, 4) ἀποδιδόντων τῶν καὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ τὰ τοιαῦτα αἰτιολο-

V 82 γούντων ἐπὶ τὰς ἀτόμους ἀνέβη, οἵ γε μέντοι Πυθαγόρειοι, Τίμαιός τε

καὶ Πλάτων ἐπὶ τὰ ἐπίπεδα. ἐπεὶ γάρ οἱ τῆς προτέρας δόξης, εἴ τις

αὐτοὺς ἔροιτο, διὰ τί τὸ μὲν πῦρ θερμαίνει, τὸ δὲ ὅδωρ ψύχει, οὐδὲν

U 95^v ἔτερον ἥ δτι τὸ μὲν θερμόν, τὸ δὲ ψυχρὸν ἔροῦσιν, — ἀρχὰς γάρ θέμενοι

ταῦτα οὐδὲν ἔτι ζητοῦσιν ἐπέκεινα τῶν ἀρχῶν αἰτιον — οἱ Πυθαγόρειοι καὶ 10

τούτων αἰτίαν ζητοῦντες ἐπὶ τὰ ἐπίπεδα ἀνέδραμον, νομίζοντες τὰ σχή-

ματα καὶ μεγέθη αἰτία τῆς θερμότητος καὶ τῆς ψύξεως εἶναι· τὰ μὲν γάρ

B 65^v διακριτικὰ καὶ διαιρετικὰ συναίσθησιν θερμότητος παρέχεσθαι, τὰ δὲ

συγκριτικὰ καὶ πιλητικὰ ψύξεως· ἔτι τε καὶ δι' δτι τὸ σχῆμα, εἰ καὶ ποιό-

τητός ἐστιν, προεπινοεῖται πη ὅμως τῆς ποιότητος ἐκ τοῦ γένους τῶν ποσῶν 15

εἰλημμένον. τῶν γάρ σωμάτων ἕκαστον καὶ μήπω πεποιωμένον ποσόν

ἐστιν ἐσχηματισμένον. ἥ μὲν γάρ ὅλη καθ' αὐτὴν ἀσώματός ἐστιν. τὸ δὲ

δεύτερον ὑποκείμενον σῶμα μὲν ἀποιον καθ' αὐτό, σχήμασι δὲ ποικίλοις

μεμορφωμένον καὶ τοῦ μαθηματικοῦ σώματος διαφέρον τῷ ἔνυλον καὶ ἀπτὸν

εἶναι, τῆς ἀφῆς κατὰ τὸν δγκον ἀντιλαμβανομένης αὐτοῦ καὶ οὐ κατὰ 20

θερμότητα ἥ ψυχρότητα.

3 Τοῦτο οὖν τὸ δεύτερον ὑποκείμενον διαφόροις σχήμασι διαζωγραφού-

(Ιατ. II, 5) μενον τὰ τῶν τεσσάρων στοιχείων φασὶν ὑφιστάνειν ἀρχοειδέστερα στοιχεῖα,

δηλονότι πυραμίδα, ὁκτάεδρον, είκοσάεδρον καὶ κύβον πυρὸς, ἀέρας,

ὑδατος καὶ γῆς, καὶ τῇ τῶν τοιούτων σχημάτων διαφορῇ καὶ τὰς ἄλλας 25

πάσας δυνάμεις ἀκολουθεῖν φασι καὶ τὰς εἰς ἄλληλα μεταβολάς. πῶς γάρ

ἐξ ὀλίγου ὑδατος ἀήρ γίνεται τοσοῦτος ἐρωτώμενοι, ἔτοιμως ἀποδιδόασιν,

U 96 δτι τὰ τοῦ ὑδατος πολλὰ ὄντα — είκοσάεδρα γάρ ἥν τὰ τοῦ ὑδατος σχήματα

διακρινόμενα — πολλὰ ὁκτάεδρα ποιεῖ καὶ πολὺν ἀέρα, τὸν ἐξ ὁκταέδρων

V 82^v συγκείμενον. μάνωσιν γάρ καὶ πύκνωσιν δύναμιν ἀσώματον τῆς σωμάτων 80

αὐξήσεως ἥ μειώσεως αἰτιᾶσθαι οὐκ ἐγκρίνουσιν, οὐκ οἰόμενοι ἀσώματου

προσγινομένης δυνάμεως αὔξεσθαι ἥ μειοῦσθαι δύνασθαι τὰ σώματα οὔτε

μήν διαιρεῖσθαι. ἥ διαιρεσις γάρ κατὰ σχῆμα τοῦ διαιροῦντος γίνεται

πυρὸς ἀσώματῳ δυνάμει. ἐπὶ τε τῆς ψυχρότητος οὐ δύνασθαι φασι προσ-

θήκη ποιότητος βαρύτερον γίνεσθαι τὸν δγκον. ποσὸν γάρ τὸ βαρύ, μὴ 85

ποιὸν εἶναι. διαιροῦνται γοῦν ἵστητι καὶ ἀνισότητι.

4 "Ωσπερ οὖν ὁ Ἀριστοτέλης πρῶτον ἐξ ὅλης καὶ εἴδους τὸ ἀποιον

(Ιατ. II, 6) γίνεσθαι σῶμα νομίζων, τὸ ταῖς ποιότησι ὑποκείμενον καὶ πεπερασμένον

αὐτὸ λέγων, ἀνάγκη καὶ σχῆμα ἔχειν αὐτὸ τιθεῖτο ἀν καὶ προύπαρχειν τῶν

B 66 ποιοτήτων τὸ σχῆμα οὐκ ἀρνηθείη, οὕτω καὶ Πυθαγόρειοι ἀρχὰς τῶν 40

ποιοτήτων ἐπικητοῦντες ἀνῆλθον ἐπὶ τὰ σχήματα. σχήματα μέντοι ἐτίθεντο

Affert deinceps Parmenides principia sive elementa rerum. Primam-⁶
que oppositionem ipse quoque exponit, quam suo versuflammam et
noctem appellat quasi lumen et tenebras, rarum etiam et densum, aut
leve et grave aut idem et diversum, et omnino opposita dicit, quae omnia
^(gr. 12. 6)
5 procul dubio ad privationem et habitum referuntur. Nec formae aut materiae
nomen ignorare videtur, quamquam vocabuli diverticulo utitur, vel car-
minis gratia, vel ut superiorum philosophorum consuetudinem servaret,
nisi, quod reor, illi etiam versu philosophiae praecepta tradiderint. Ita
enim scribere vetustiores illi solebant et primum Pherecydem soluta oratione
10 usum legimus. Verum animadvertisse, quae deinceps duobus superioribus
versibus addidit:

»Principio duplēm statuerunt dicere formam;
altera sed minus est tali cognomine digna,
quod simulans verum fallit mortalia corda.

15 Has contra adverso posuerunt ordine metas.

Hic flammam aetheream statuunt, raramque, levemque.

Ipsa sui similis, semperque sibi undique constat.

Illi obscuram adversantemque undique noctem,
incomptam, humentem, gelidam, densamque, gravemque.«

20 Haec de principiis rerum naturalium Parmenides refert. Ens autem illud
intelligibile et vere ac proprie ens, quod unum non solum ipse, sed etiam
vetustiores philosophi et ponunt et nominant, quando unum solumque
opinatur, non sine causa immobile esse affirmat. Ita enim inquit:

»Immotum validis iniecta in finibus arcet
vincula, principiique expers finisque futuri.

Hinc etenim longe finisque ortusque recedunt.

Vera fides haec est, nec hoc qui credit aberrat.«

Et causam, quare immobile sit, reddens ea dicit, quae simul et finitum et
immobile esse demonstrant:

30 »Immotum,« inquit, »fixumque manet vis magna necessi.

Implicit hoc circum, summo quoque fine coērcet.«

et reliqua, quae sequuntur. Ita enim existimat, cum non ens omnibus
careat, ens nullo careat, sed perfectum absolutumque sit, — quod autem
movetur, ea re careat, cuius gratia movetur — necessario sequi, ut ens immo-
35 bile sit.

Quod Melisso quoque placere videtur, cum eo medio, quod nihil,
vacuum atque inane sit, immobilitatem entis demonstrare. Eius (gr. 12. 7)
verba haec sunt: »Nec vacuum ullum est, quippe vacuum nihil est. Ergo
quod nihil est, esse non potest. Nec vero moveri ens potest. Quo enim
40 fieri posset, cum nihil sit praeter ens ipsum? Nam si vacuum foret quic-
quam, iretur ad vacuum. Sed quoniam nihil est, quod vacuum dicitur,
ideo uno ente omnia complentur, et quo ens ipsum moveri queat, cum
plenum sit, nihil est.« Quin etiam cum nullo omnino motu ens mutabile

καὶ ἐπίπεδα, οὐ μαθηματικὰ οἷα μῆκος μόνον καὶ πλάτος ἔχειν, οἵς ἂν εἴπετο τὰ ἀτοπα, ἢ Ἀριστοτέλης ἐπάγει πρὸς τὸ φαινόμενον ἀπαντῶν, εἰ τις ἐκ τοιούτων τὰ στερεὰ συνετίθει καὶ εἰς τοιαῦτα ἀνέλυεν, ἀλλὰ φυσικὰ Η96^η δηλονότι πρὸς τῷ μήκει καὶ πλάτει καὶ βάθος ἔχοντα, τὸ πρῶτον ἐν τοῖς φυσικοῖς συστῆναι δυνάμενον. Βτὶ δὲ φυσικὰ καὶ οὐ μαθηματικὰ τὰ ἐπίπεδα 5 ὑποτίθενται, δῆλον ἐκ τοῦ ἔνυλα λέγειν αὐτά. δὶ’ δ καὶ τὴν ὕλην πρότερον παραδόντες, διεσχηματίσθαι ταῦτην εἶδεσθε τε καὶ ἀριθμοῖς λέγουσιν. καὶ ἄκουσον τοῦ Τιμαίου ἐν τῷ αὐτοῦ σύγγράμματι γράφοντος· «ἀρχαὶ μὲν ὡν τῶν γεννωμένων ὡς μὲν ὑποκείμενον ἢ ὕλα, ὡς δὲ λόγος μορφᾶς τὸ εἶδος· ἀπογεννάματα δὲ τούτεων ἔστι τὰ σώματα, γὰ τε καὶ ὅδωρ, ἀήρ 10 τε καὶ πῦρ, ὃν ἢ γέννασις τοιαῦτα. ἀπαν σῶμα ἐξ ἐπιπέδων ἔστιν. τοῦτο δὲ ἐκ τριγώνων, ὃν τὸ μὲν δρυμογώνιον Ισοκελὲς ἡμιτετράγωνον.» καὶ ἔξῆς λοιπὸν τὴν τῶν τριγώνων διαφορὰν παραδούς, τὰ τέσσαρα σχήματα Η83 ἐξ αὐτῶν συντίθησιν, ἢ τοῖς τέτρασι στοιχείοις ἀποδίδωσιν.

5 Ταύτη σύν τῇ δόξῃ οὐδὲν ὃν Ἀριστοτέλης ἀτόπων ἐπάγει, ἀκολουθεῖ 15 (lat. 11, 7) ὅλως. οὔτε γὰρ τὸ τῆς γραμμῆς μέρος ἐπεται μὴ εἶναι γραμμήν, οὔτε τὴν γραμμὴν ἐκ στιγμῶν συγκεῖσθαι, οὔτε τὰ μεγέθη μὴ εἶναι ἐπ’ ἄπειρον διαιρετά, καὶ δσα ἀλλα ἐκ τῶν μαθημάτων ὄρμώμενος ἐνίσταται. οὔτε μὴν ἢ τοῖς φυσικοῖς σώμασιν ἀκολουθεῖν ἀδύνατά φησιν, ἐκ τῆς τῶν ἀτόμων γραμμῶν θέσεως ἐπεται. οὔτε γὰρ ἐκ στιγμῶν αἱ γραμμαὶ καὶ ταύτη διαιρονται 20 εἰς στιγμάς, οὔτε κίνησις ἀναιρεῖται ἐκ τῶν σωμάτων. οὔτε βαρύτης καὶ κουφότης καὶ δλως τὰ πάθη ἐκ τούτου τοῦ λόγου τῶν φυσικῶν ἀφαιρεῖται Η97 σωμάτιων. πολλῷ δέ γε ἥττον οὐδὲν ὃν ὁ κατήγορος ὄντος εἰσάγει παρα- συλλογισμῶν, τῶν σοφῶν ἐκείνων ἀνδρῶν καὶ τῆς ἐκείνων θέσεως ἀπτεται. πᾶσαι γὰρ ἐκείναι αἱ τοῦ Ἀριστοτέλους ἐνστάσεις πρὸς τὸ φαινόμενον 25 Β66^η ἀπαντῶντος τοῖς μαθηματικὰ ἀν ἐπίπεδα τιθεμένοις τῶν φυσικῶν σωμάτων ἀρχὰς ὄμοιογουμένως ἢν εἴποντο, οὐ τοῖς φυσικὰ οἰομένοις, ὡς τούτους ἐδείξαμεν τιθεμένους τοὺς ἄνδρας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴκανῶς εἰς ἐνδειξιν παρ- ετέθη τοῦ μὴ ἀλόγους τοὺς Πυθαγόρειους ἀρχὰς τῶν ποιοτήτων ἐπιζητοῦντας εἰς τὰ σχήματα ἀνελθεῖν.

6 Εστὶ δὲ οὖν καὶ ἀλλως ὑπεραπολογήσασθαι τῶν ἀνδρῶν, ὡς οὐ πάντη (lat. 11, 8) οὔτε οἱ Πυθαγόρειοι οὔτε ὁ Πλάτων ἐκ τριγώνων τοιούτων τὴν φυσικῶν σω- μάτων σύστασιν ὑπετίθεντο. ἀλλ’ ὥσπερ οἱ ἀστρονόμοι αἰτίας τῶν φαινομένων ἀνωμάλων ἐν οὐρανῷ κινήσεων τῇ ὅμαλῇ καὶ τεταγμένῃ αὐτῶν κινήσει ἐναντιουμένων ζητοῦντες, ὑποθέσεις ἀλλοι ἀλλας ὑπέθεντο, οἱ μὲν ἐκκέντρους, 35 οἱ δὲ ἐπικύκλους, οἱ δὲ ἀνελιττοίσας εἰσάγοντες σφαίρας, οὐ πάντως γε τοι- αύτας εἶναι ποικιλίας ἐν οὐρανῷ διαβεβαιούμενοι, ἀλλ’ δτι τοιούτων ἀρχῶν ὑποτεθεισῶν σώζεσθαι τὰ φαινόμενα δυνατὸν ἐγκυρίως πάντων καὶ ὄμαλῶς κινουμένων τῶν οὐρανίων σωμάτων, οὗτω καὶ οὗτοι τὸ ποσὸν τοῦ ποιοῦ Η83^η προτιμήσαντες ἐν ἀρχῇς λόγῳ καὶ τὸ σχῆμα τῆς ποιότητος καὶ τῶν σχη- 40 μάτων τὰ ἀρχοιειδέστερα καὶ ὄμοιότητι καὶ συμμετρίᾳ κρατούμενα, ταῦτα ἀρχὰς ὑπέθεντο τῶν σωμάτων, ἀς ἀρκεῖν ἐνόμιζον πρὸς τοὺς ἀπολογισμούς τῆς τῶν γεννωμένων αἰτίας.

omne ostenderet: »Unum, inquit, et idem sibi semper simile est. Quod autem sibi simile hoc modo est, nunquam vel perire vel augeri vel dolere vel alia huiusmodi mutatione affici potest. Nam si quo huiusmodi motu afficeretur, esse non posset. Quod enim motu quovis movetur, id de 5 altero in alterum mutari necesse est. At nihil est praeter ens ipsum. Ergo ens ipsum immobile est.«

Sic igitur viri illi locuti fuere, quos Aristoteles falsa sensisse nec sratione quicquam scripsisse criminatur. »Sed magis, inquit, Melissi ratio (gr. 12, 8) importuna est et nullam dubitationem habet.« Vos iam, quid Melissus et 10 quem ad modum dixerit, intellexistis facileque iudicare potestis, an importune aliquid et temere vel ille vel Parmenides disputatione et senserit. Disserunt illi quidem de ipso ente simpliciter et forma prima immateriali, intelligibili, aeterna, quae omnem physici considerationem excedit, sentiuntque ea, quae nemo theologus negare auderet, et ea probant argumentis 15 debita forma dispositis. Verum tamen ab Aristotele, quasi nihil recte vel senserint vel scripserint, reprehenduntur, et quae illi de divinis rebus locuti sunt, quasi de naturalibus dicta essent, a physica ratione propulsantur. Quod utrum honestius distinguendo quam reprehendendo fieri potuisset, non equidem quaero. Sed cum ita Aristoteles voluerit, reprehensio eius 20 pro distinctione potius quam pro nota inscitiae doctissimorum virorum accipienda est. Ceterum, quia causam hanc apud iudices agimus, ne egiisse protinus sine testibus videamus, citetur Theophrastus, alter Aristoteles. Hic Xenophanem, quem Parmenides audivit atque secutus est, nequaquam inter physicos numerandum, sed alio loco constituendum censem. »Nomine, 25 inquit, unius et universi deum Xenophanes appellavit.« Quod unum, ingenitum, immobile, aeternum dixit. Ad haec aliquo quidem modo neque infinitum neque finitum, alio vero modo etiam finitum, tum etiam congregatum, diversa scilicet notitiae ratione, mentem etiam universam hoc idem esse affirmavit. Nec vero Theophrastus solus haec dicit, sed Nicolaus 30 quoque Damascenus et Alexander Aphrodisiensis eadem de Xenophane referunt opusque Melissi de Ente et Natura inscriptum dicunt, Parmenidis de Veritate et Opinionem.

Quodsi haec illi, quis Aristotelem haec eadem cognita perspectaque 9 habuisse non credat? Sed voluit, ut supra dictum est, auditoribus suis (gr. 12, 9) 35 consulere, ne forte divinarum rerum disciplinam ad naturalium considerationem imprudenter transferrent. Itaque dissimulat verbis inphysicis, quae duodecimo Divinarum rerum libro de primo principio aperte fatetur, cum unum immobile aeternum esse dicat et versu Homeri, ne Parmenidis

2 ἐπάγει U in textu V¹ add. in marg. B M om. | 20 διαιρούνται scripsi διαιρέται codd.
28 οὗτος] U add. ἀμαθῶς | 28 παρασυλλογισμῶν B V M φλυαριῶν U | 27 εἴποντο scripsi εἴπετο codd. | 31 δ' οὖν U] B V M δὲ om. οὖν

⁷ "Οτι δὲ τοῦτ' ἀληθὲς καὶ οὐ πάντη αὐτὰς ἀρχὰς ὑπελάμβανον τῶν σωμάτων, ἔκουε τοῦ Πλάτωνος μετὰ τὸ τὴν ἐκ τῶν τριγώνων σύστασιν τῶν σωμάτων θέσθαι ἐπάγοντος, ἀτε δὴ μὴ πάνυ τοι ἀρεσκομένου τῇ θέσει· »ἄν οὖν τις ἔχῃ κάλλιον ἐκλεξάμενος εἰπεῖν εἰς τὴν τούτων ξύστασιν, ἔκεινος οὐκ ἔχθρδς ὃν ἀλλὰ φίλος κρατεῖ». καὶ πρὸ τούτων· »τὴν δὴ πυρὸς ἀρχὴν 5 καὶ τῶν ἄλλων σωμάτων ὑποτιθέμεθα κατὰ τὸν μετ' ἀνάγκης εἰκότα λόγον πορευόμενοι. τὰς δ' ἔτι τούτων ἀρχὰς θεὸς οἶδε καὶ ἀνθρώπων δις ἀν ἔκεινω φίλος ἦ». Φίδιοιόν τι καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν περὶ Οὐρανοῦ, τὴν αἰτίαν ζητῶν τοῦ μὴ ἀεὶ τὰ πλεῖον ἀπέχοντα τῆς πρώτης σφαιρᾶς ἐλάττους κινήσθαι, φησὶν «αἰδοῦς ἀξίαν δεῖν νομίζειν τὴν 10 προθυμίαν μᾶλλον ἢ θράσους, εἴ τις διὰ τὸ φιλοσοφίας διψῆν καὶ μικρὰς εὐπορίας ἀγαπᾷ, περὶ ὅν τὰς μεγίστας ἔχοι ἀπορίας». καὶ αὖ, »περὶ δὴ τούτων ζητεῖν μὲν καλῶς ἔχειν καὶ τὴν ἐπὶ πλεῖον σύνεσιν, καίπερ μικρὰς ἔχοντας ἀφορμὰς καὶ τοσαύτην ἀπόστασιν ἀπέχοντας τῶν περὶ αὐτὰ συμβαίνοντων«.

15

⁸ Οὐδὲ γάρ οὕτω θρασεῖς οἱ σοφώτατοι ἀνδρες οὗτοι γεγόνασιν, ὡς ^(lat. 11, 10) πάντων ἀπλῶς τε καὶ ἀκριβῶς τὰς αἰτίας οἴεσθαι κατειληφέναι. ἀλλ' ἂ μὲν καὶ ἐγνώκεισαν ἐπιστημονικῶς καὶ τοῖς ἀγνοοῦσιν ἀποδεδείχασιν, ἀ δὲ τῷ εἰκότι καὶ τῷ εὐλόγῳ ἐπόμενοι ἀποδιδόσαι. καὶ οὐκ αἰσχύνονται, εἰ μὴ πάντα ἀπλῶς κατειλήφεσαν τὰ τῆς φύσεως ἔργα. τοῦτο καὶ Πλά-²⁰ των καὶ οἱ Πυθαρόρειοι ἐν τῶν πρώτων καὶ ἀνωτάτω ἀρχῶν τῶν φυσικῶν γινομένων τῇ παραδόσει ποιοῦντες οὐδὲν ἀγθεῖς οὔτε τοῖς πρὸ αὐτῶν οὔτε τοῖς μετ' αὐτοὺς πεποιηκότες ὥρῶνται.

Κεφ. ιδ' Ἐπίλογος τοῦ δευτέρου βιβλίου.

¹⁴ Ταῦτα μὲν οὖν ἴκανῶς εἴρηται πρὸς παράστασιν τοῦ τε Ἀριστοτέλη,²⁵ ^{V 84} εἴτε ἐν τούτῳ τῷ προβλήματι εἴτε ἐν ἄλλῳ οἰωνδήποτε δοκοίη Πλάτωνι ἀντιλέγειν, μὴ πρὸς τὴν ἀληθῆ δόξαν ἔκείνου, ἀλλὰ τὴν τοῖς πολλοῖς δὲ δοκοῦσαν καὶ φαινομένην ἐνίστασθαι, τοῦ τε μηδὲν ὅλως πρὸ ἔπος τὸν κατήγορον λέγειν, οἵτινες τοῦ ἡρωικοῦ εἴτ' ἐνταῦθα εἴτε ἀλλαχοῦ καταφέρεται. ἀραχνίων γάρ εἰσι τῷ δύντι νοήματα πάντα, ἀ περὶ οἰωνδήποτε ⁸⁰ κύτου κατατρέχει. ῥᾶστα γάρ ἀπαντα ὡς καὶ τὰ πρὸς τὸ παρόν πρόβλημα διαλύεται τε καὶ τὸ μηδὲν εἶναι ἐλέγχεται. ὅθεν ἡδη παυσάμενοι τῷ δευτέρῳ τέλος ἐπιθῶμεν λόγῳ.

carmen usurparet, opinionem iamdudum apud omnes probatam confirmet.
Ita enim Homerus inquit:

5

»Res mala multiplici terras ditione teneri.
Esto unus princeps, populos cui pace regendos
Iustitiaque dedit magni regnator Olympi.«

Cap. XIII. Epilogus secundi libri.

Habetis iam, quod et ipse pollicitus fui et fidem amplissime facit **13**
non ita accipiendas esse in quoscumque Aristotelis reprehensiones, ut
verba ipsa prae se ferre videntur, sed multos iure optimo defendi posse.
10 Quo in loco cum Parmenidem et Melissum tum imprimis Platonem
constituendum arbitror, cuius dumtaxat gratia ea mihi in mentem venerunt,
quae de Parmenide et Melisso ab Aristotele scripta in praesentia comme-
moravi. Sed cum iam perspicuum omnibus sit adversarium frusta operam
atque oleum, ut aiunt, in reprehendenda Platonis disciplina perdidisse,
15 Platonemque non modo doctissimum et plane divino ingenio praeditum,
verum etiam catholicae fidei veritati, quatenus gentili homini licuit, proxi-
mum fuisse, iam secundi libri finem faciamus.

7 ἀρχὰς] edit. add. ἀνωθεν | ἀνθρώπων] edit. ἀνδρῶν | 10 δεῖν νομίζειν] εἶναι νομί-
ζοντας edit. | 12 ἔχοι] ἔχομεν edit. | 18 ἔχειν] ἔχει edit. | 80 τὸν κατήγορον B V M]
πίθηκον τοῦτον U | 83 τὸ μηδὲν εἶναι B V M] ή τούτου ἀμαθία U

4 Plat. Tim. 54 a. | 5 Plat. Tim. 53 d. | 10 Arist. De Caelo β 12. 291 b, 25–28. |
12 Arist. De Caelo β 12. 292 a, 14–18.